cāā vel concāā ē: de quo alibi actū ē. Ceteroquin à cir=
cumspiciendū est Religioso cordato, ut quod habitus ostendit,
id Moribus exprimat. Nam, ut S: Anselmus carmine de contemptu
hbt:

Non tonsura facit Monachū, non horrida vestis,
Sed virtus animi, perpetuusq vigor.
Mens humilis, mundi contemptus, vita pudica
Sanctaq Sobrietas: hae faciunt Monachum.

Et S: Bernardus in qrolog: ad Guilellm: ait: Magna abusio,
maxima cura ē, ut corpus Regulariter induatur, et contra
Regulam suis vestibus anima nuda deseritur. Cum tanto
studio tunica et cucullā corpori procurentur, quatenus
cui deerunt, Monachus non putetur, cui similiter spiritui
pietas et humilitas, quae profecto spiritualia indumenta sunt,
n̄ providentur.

## Additiones ad Caput 5:tum

## De Tonsura Monastica.

Habitui Monastico proxima ē tonsura, unde et tritū
illud: habitus et tonsura non faciunt Monachū. Agl.

Q. 1. quam antiqua fuerit tonsura Monachorū, et an
tempore S: Benedicti ejus discipuli attonsi fuerint? R.
Tonsura Monastica Zonge antiquior ē temporibus S: Bene=
dicti. Nam de Juliano Apostata scribit Socrates, quod
abrasa cute simulaverit Monachum. imò Dionysius
Areopagita Capit: 6 de hierarch: Eccl: tonsura Monasticae
meminit dicens: moris fuisse post omniū abrenuntiaone
divisibiliū, et signi crucis consignaone à Sacerdote tonderi
cum invocaone Trinitatis, ac tum demū veste nova indui.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG

© Universitätsbibliothek Heidelberg
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/salVIII60/0483

gefördert durch
Baden-Württemberg